



PROCURA GENERALIS
CONFOEDERATIONIS ORATORII S. PHILIPPI NERII

Via di Parione, 33

00186 ROMA

Indictio XI Congressus Generalis A. D. MMXVIII in Alma Urbe celebrandi

Praecipientibus Statutis nostris Generalibus: «*Congressus Generalis [...] ex regula sexto quoque anno celebrari debet. Hic congressus in Urbe celebratur*» (n. 38), Deputatio Permanentis Confoederationis Oratorii S. Philippi Nerii Congressum Generalem in Alma Urbe anno Domini MMXVIII a die 27 mensis septembris ad diem 4 mensis octobris celebrandum statuit.

Quapropter infrascriptus Procurator Generalis, de eiusdem Deputationis Permanentis mandatu, id publice perscribimus atque Praepositos, Congregationum Delegatos et Patres qui in Statutis Generalibus, n. 39 indicantur, formaliter vocamus ad acta explenda quae in n. 41 eorundem Statutorum sunt descripta.

Agendum erit denique circa alias modificationes Constitutionum ab Hispanicis Congregationibus latae. Votandum est quoque circa nonnullas mutationes in Statutis Generalibus facientes, iam in Congressu Generali A.D. MMVI ad experimentum et iterum A.D. MMXII adprobatas, ut a Sancta Sede definitive confirmentur.

Quarum textus adnectitur, lingua latina et italica exaratus: ad rerum facilitandum examen, Deputati, congruo tempore, textum in idioma suae areae translatum ad Congregationes mittent, quamvis latina lingua confectus officialis maneatur.

Intercedentibus Beatissima Oratorii Matre et Regina et Sancto Patre nostro Philippo, Spiritum Sanctum supplici praece exoremus ut Congressus Generalis praeparationi sua gratia faveat eiusque sessionibus benignissime adsistat.

Datum Romae, ex Aedibus Procurae Generalis, die XXVI maii, A.D. MMXVII,
Pontificatus SS. D. N. Francisci PP. anno V.


Marius Albertus Aviles, C.O.
Procurator Generalis

Adiungitur:

Modificationes in Constitutionibus ab Hispanicis Congregationibus latae
Modificationes in Statutis Generalibus A.D. MMXII adprobatae